

rum ad portandum jugum Domini. Sed non sic impū. Hugo Card. in Pl. 1.

Fac tibi duas tubas argenteas dulciter, si semel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel: Si autem prolixior clangor increpaverit, movebas castra. Num. 10. 2. Duabus his tubis comparanda gemina hæ vocatæ, Nunc, & Semper. Lex Mundi est: nunc læti sumus: nunc fruamur bonis, dum sunt. Qui unam tantum hanc tubam attendunt, & ad solum Nunc aurem utramque attollunt; ii vivunt perinde, ac si illud semper nunquam securum esset. Ideo castra non movent; peregrinos se esse obliviscuntur: adeoque illius nunc clangor aures illis obdunt; ut ad optima monita surdi, securum semper non audiant. Quiquis verò concisum, & prolixiorem, sonum semper utriusque tubæ mente seriatim percipit; & præsentia futuris, transitoria æternis, confert; ille mox abutum parat, sepulchrum circumspicit, fanebre lineum exponit, feretrum sibi locat, sua omnia componit ad iter; ubique meminit, in via se esse ad æternitatem. Drexelius de æternitate. Conf. 4. §. 3.

Benedic Deo, & more. Job 2. 9. si blasphemaveris, dicebat incepta, & infussa mulier, morieris & moriendo tormentis carebis. Quasi vero morienti blasphemus non æternus dolor succederet. Mulier fatua præsentis putredinis horrebat molestiam, æternam flammam minime cogitabat. Ferebat ille præsens incendium, ne incurret in futurum. S. Chryostomus hom. de S. Job.

Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Ibidem. Simplicitatem in marito redarguit; quod, temporalia cuncta despiciens, puro corde sola æterna concupiscit. S. Gregorius mor. l. 3. c. 11.

Turbatus sum, & non sum lacrimis: cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Pl. 76. 5. Ideo ei patientia illa contigit, ut non esset locus: quia cogitavit dies antiquos, & annos æternos, quos per Adam amissimus, id est, vitam æternam in mente habuit. S. Bruno. Martha querula est de sorore; David tacet. Martha fatagabatur circa ministerium, & temporalia; David æterna meditatur. Qui æterna pendit, licet turbatus videatur, regio tamen animo quietus degit. Sylveira in Luc. 10. q. 10.

Qui laborat sub sole. Eccl. 1. 3. Tò sub sole, innuit hominibus querendos esse labores, qui supra solem durent, & benevolentem in cœlo, inquit Olympiodorus. Mundanus ergo, vanus, & impius, homo laborat sub sole, sibi que parat mortem, & gehennam. Pius verò laborat supra solem: quia virtutum opera, & merita, conquirit, quibus vivat Deo; ab eoque cœlo donetur, & vita æterna. Opera ergo alia fiunt supra solem, alia sub sole. Quæ ex gratia fiunt, opera inquam spiritus, supra solem sunt; quia non læduntur a temporis edacitate; & in cœlum empyreum, ævumque felix, & perenne, operantem deducunt. Quæ verò a carne procedunt, sub sole sunt; cum a solis conversionibus, atque annorum, temporumque, rubigine caro, terreneque res, consumantur. Cornelius hic.

Non desfraveris à die bono. Eccl. 14. 14. Carthusianus per diem bonum, diem æternitatis, intelligit. Ab ea autem defraudatur, qui ab ea finaliter excluditur. Octavianus hic.

Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. S. Gregor. hic: per cellam vinariam quid congruentius, quam ipsam æternam æternitatis contemplationem accipimus. Qui hanc cogitationem de æternitate altius in animum demiserit; gloriari poterit: ordinavit in me charitatem: nam meliorem servavit ordinem amoris: se ipsum minus, Deum plus; & propter Deum, ipsos etiam inimicos, amando. Hæc quoque cogitatio largius delibata ebrium facit: sed ebrietas optimorum desideriorum. Drexelius de æternitate. Confid. 6. §. 1.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Cant. 4. 9. Vulneris illud, cordis dilectio est. Ingentis amoris itaque in illo oculo Ecclesia Christo complacuit: quoniam, non temporalia, sed æterna, profpexit. Iustus Orgelitanus hic.

Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius. Sap. 10. 2. Per dexteram bona; per sinistram mala. Dextera dat intelligere bona æterna, sinistra temporalia. Vult ergo dicere: quod sapientes cogitant bona æterna, & ea capiunt; & stulti temporalia. S. Bonaventura hic.

Dabo in silentium cadrum. Il. 41. 19. Cedri signantur nomine hi; qui virtutes, & signa, exhibent in sua operatione, qui dicere cum Paulo valent. Christi bonus odor sumus Deo. 2. Cor. 2. 15. quorum corda ita in æterno amore solidata sunt: ut eadem jam terreni amoris putredo nulla corrumpat. S. Gregor. homil. 20. in Evangel.

Respondent Chaldaei: Rex in sempiternum vive. Dan. 2. 4. Regi genti de somniorum interpretatione nihil prius insonat, quam illud: in sempiternum vive. Utinam ad omnem conatum nostrum, ad omne inceptum bonum; hæc nobis responsio prima occurrit, in hoc omnis nostra cogitatio suspiret, & fatagat; ut in æternum vivamus. Richardus à S. Vict. l. 1. de erudit. inter hom. p. 1. cap. 3.

Incurvatis sunt colles Mundi ab irrevocabilis æternitatis ejus. Hab. 3. 6. Scripsit S. Bonaventura opusculum de septem itineribus

æternitatis ad ingrediendam beatam æternitatem. Primum iter, inquit, est æternorum recta intentio: ut scilicet anima aggrediat, unum æternum intendendo, unum æternum ingrediendo, in uno æterno permanendo. secundum est. æternorum studio sa meditatio. Quartum est æternorum charitativa affectio. Sextimum est meritorea operatio, sive Deiformis, id est, divinæ operationi conformis actio, mores, & vita: opera enim illorum sequuntur illos. Nota ex p. 1. Viator singulis passibus terram calcet, in ospitiis non diu moratur, vaticum secum gerit, frequenter de termino cogitat, viam rectam, & meliorem, querit, incommoda aeris sustinet &c. Cornelius hic.

Ex Novo.

Maria optimam partem elegit. Luc. 10. 42. Disce meliora semper in omnibus eligere. Quæ sunt hæc meliora? quæ à nobis auferri non possunt; quæ æterna: non gloriam vanam, quæ præterit; non divitias, quæ auferuntur. Didasus Stella hic.

Nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Luc. 16. 25. Quammodum momentaneum est, quod delectat; æternum verò, quod cruciat: ita & momentaneum est, quod hic nunc in vita præsentis, temporalibus adverbis, cruciat; æterna autem: quod in futura retributione delectat. Dionys. Carthuf. hic.

Id, quod in presenti est momentaneum &c. 2. Cor. 4. 17. Perpende, & invicem confer, tribulationem, & gloriam; momentaneum & æternum; leve & pondus. B. Petrus Damiani l. 8. ep. 6.

Ecce nova facta omnia. Apoc. 21. 5. vis uno verbo cognoscere, quid est novum, & solum tale? æternum. Vetera sunt omnia, & ad interitum tendunt, quæ separantur ab æterno. Joan. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Ex Patribus, & aliis.

Qui sæculo renuntiasset meminit, nullum sæculi diem novit: nec tempora terrena jam computat, qui æternitatem de Deo sperat. S. Cyprianus lib. de lapsis.

O bona Domini dulcia immortalia, incomparabilia, sempiterna, immutabilia! Et quando vos video? bona Domini Credo videre; sed non in terra morientium. S. Augustinus in Psalm. 26. Neque in tempore utiliter vivitur, nisi ad comparandum meritum, quo in æternitate vivatur. Ad illam ergo unam vitam, qua cum Deo, & de Deo, vivitur; cætera, que utiliter, & decenter, optantur; sine dubio referenda sunt. In eo quippe nosmetipsos diligimus, si Deum diligimus. Idem ep. 121.

Cor humanum in desiderio animæ non fixum, nunquam stabile esse potest. Sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit; querens requiem, ubi non est. Idem in Manualli cap. 25.

Qui quisque terrena diligit, vetus Canticum cantat: qui vult cantare Canticum novum diligit æterna. Cantate Domino Canticum novum. Pl. 149. 1. S. August. hic.

Iner temporalia & æterna. hoc interest: quod temporale ali- quid plus diligit, antequam habeatur; vilescit autem, cum advenit. Non enim satiat animam, cui vera, & recta, sedes est æternitas. Æternum autem ardentius diligit adeptum, quam desideratum. Idem l. 1. de Doctr. Chr. c. 38.

Omnium rerum præstantissimum est, quod æternum est. Idem lib. Quaest. q. 12.

Nihil bonum est, nisi quod æternum est. Nihil bonum est, nisi quod perpetuum est: quodcumque finem habet; nec inter bona numerandum est. S. Hieron. in Pl. 91.

Locus humani cordis, est delectatio vitæ præsentis sed cum divina aspiratione tangitur; locus nostri cordis fit amor æternitatis. Consideratione igitur æternæ patriæ de loco suo animus movetur: quia, derelictis infimis, in superius cogitationibus ponitur. S. Gregor. mor. l. 2. 6. apud Cornelium in Eccl. 3. 8. 25. Si diceretur tibi: sis toto hoc menſe dives, & potens; facias, quid- quid velis; utere carnis voluptatibus, sicut placet: ea tamen conditione, ut tibi oculi postea eruantur, omne solatium tollatur; & toto tempore vitæ tuæ in fame, & siti, in omni cruciatu, & omni miseria, vivas. Nunquid tale illud bonum hoc tenore susciperes? Et quidem tota hæc vita præsens, nec mensis est; nec unius diei, vel horæ, spatium, ad illius æternæ felicitatis comparationem. S. Eusebius Emisii in natali unius martyris hom. 1.

Nimirum plenitudo, & abundantia, temporalium, oblivionem, & inopiam fecerat æternarum. Opportunè ergò tunc advenit æternitas, quando magis temporalitas prævalebat. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum. Gal. 4. 4. S. Bernardus de adv. Dom. Sermon. 1.

Habet anima diem, & contemplationem æternitatis: habet noctem, & considerationem propriæ iniquitatis. S. Bonaventura in Thren. 1.

Nihil tantum valet ad sperendam præsentem vanitatem; quam cogitare jugiter æternitatem. S. Bernardus Sen. tom. 3. ferm. de regno cœlorum.

O ani-

O anima Christiana! dum impellit te spiritus superbie super vanitatibus transitaris; argue sic: si glorificanda à Domino in æternitate; quid mihi de punctuali, & umbratili, gloria super terram? si vero iusto (quod avertat Dei pietas!) iudicio damnandus sum; totus honor impensus ab hominibus, plus ad tormentum mihi cedet, quam solatium. Joan. Gerson. tr. 9. sup. Magnif.

Nunquam poterit Dei servus vinci certamine, nec gravari temporali labore; qui æterna bona vel mala, semper gerit in mente. Thomas Kemp. ferm. on Novitios p. 1. ferm. 1. Mittamus animum ad illa, quæ æterna sunt. Seneca ep. 58.

§. I V.

Exempla, & Historia.

Sarcadius Martyr, manibus & pedibus, lentè truncatus; à digitis articulatum, & per partes minutus usque ad humeros; similiter ab articulis pedum usque ad ventrem; porrexit ipse intrepidus membra toribus; & ad adstantes: ò viri spectatores! hæc facile est tolerare, qui novit de futura immortalitate cogitare. Bollandus 12. Jan.

S. Dorothea V. M. Sapricio minanti equi lei pœnas, respondet: equulei tui pœna temporales sunt: gehennæ autem tormenta æterna. Bollandus 6. Febr.

B. Dionysia M. interitus virgarum, & sanguinem toto corpore fluitantem, filium unicum trepidantem, ad martyrii confortium hæc voce animabat: illa pœna timenda est, quæ nunquam finitur; illa desideranda vita, quæ nunquam habetur. Quæ ille solidatus martyrium foriter subijt. Cornelius in Eccl. 8. 8.

Nuper Reverendissimus D. Godefridus, Episcopus Bambergenſis; cuius colloquio spirituali Romæ peregrins Herbipoli fruitus sum; hæc in mente fixum habebat: quidæsto ad osium æternitatis. Iste homo in domum æternitatis suo. Eccl. 12. 5. Cornel. hic.

Tanti fecit Ecclesia memoria æternitatis; ut nullus sit Psalmus, præcatio, hymnus; quem non fiat æternitatis memoria. Sicut erat in principio &c. qui vivit & regnat, in sæcula sæculorum. Drexelius de æternitate. Confid. 6. §. 1.

TITULUS VII

AFFECTUS.

§. I

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Creavit Deus omnem animam viventem, atque motabilem, quam produxerat aqua. Gen. 1. 21. Per quas, & animalia ex aquis producta, omnes animi nostri motus intelliguntur; qui producuntur de profundo cordis, velut ex aquis. V. Beda hic.

Rachel, & Lia. Gen. 29. omni spiritui rationali, id est, Jacob, gemina quædam vis data est: una est ratio, altera affectio: ratio (qua discernimus; affectio, qua diligimus). Hæ sunt Spiritus rationalis gemine uxores; ex quibus oritur generosa proles: ex ratione spirituales sensus; ex ista affectus ordinati. Richardus à S. Vict. l. 2. de 12. Patriarch. apud Cornelium hic.

Aspiciunt reges terræ &c. Psalm. 2. 2. Per gentes, & populos, cogitationes; per reges, & principes, affectiones, intelliguntur. S. Bonaventura hic!

Ne offendas ad lapidem pedem tuum. Psalm. 90. 12. Pedes, quibus ad lapides offendere solemus, sunt affectus humani. Duo sunt autem principales affectus, quasi duo pedes; amor, & timor: & quocumque homo operando, loquendo, desiderando, pergit, vel amore movetur, vel timore. Bellarminus hic.

Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei. Eccl. 4. 17. Symbolice pedes S. Gregorius, Augustinus, Basilius, Origenes, Hieronymus, & alii, accipiunt affectus animi: quia, sicut pedibus itur ad locum destinatum; sic affectibus itur ad opus æternum. Affectus ergo sunt quasi pedes animi, quibus ipse se promovet ad opus. Sensus ergo est, quasi diceret: ingressus templum custodi pedes; id est, affectus animæ: ne, quid animo volvas, aut concupiscas, Deo indignum. Corn. hic.

Ex Novo, & Patribus.

Impugnet ventis. Matth. 8. 27. Pugnant quatuor venti, scilicet gaudium, & dolor; spes, & timor: in corde hominum: & extra definitionem sapientum, aut non finit animam esse felicem, sive quietam; aut illam in meliora compellunt. Sim. Cass. l. 4. c. 9. hic.

Capit lavare pedes Discipulorum. Joan. 13. 5. Homo, in sancto baptismo totus quidem abluitur; veruntamen, cum in rebus humanis postea vivitur, utique terra calcatur. Ipsi igitur humani

affectus, sine quibus in hac mortalitate non vivitur, quasi pedes sunt; ubi ex humanis rebus afficitur. V. Beda hic.

Affectiones nostræ, motus animorum sunt: lætitia, animi diffusio; tristitia, animi contractio; cupiditas, animi progressio; timor, animi fuga est. S. Augustinus tr. 46. in Joan.

Concitatones animorum puncto curru similes sunt: in quo rectè moderando summum rectoris officium est; ut viam novem: quam si tenebit, quantumlibet concitatus erit, non offendet. Lactantius l. 6. div. instit. de vero cultu.

Quilibet homo est quasi quædam civitas quadra, habens quatuor angulos; in quorum quolibet est porta una. Hæ portæ sunt quatuor affectiones; scilicet gaudium, dolor, spes, & timor. Per has autem portas universæ Mundi tentationes, demonum, atque ipsius carnis, ad animum intrant per voluntatis consensum; omnemque divinæ inspirationes per eandem transeunt ad carnem nostram à voluntate animæ cœlestis inspiratæ. S. Bernardus Sen. tom. 2. ferm. 8.

Duo sunt, quibus maximè hominis interiora pulſantur; amor scilicet, & timor: quibus geminis motibus animus, aut aperitur, aut clauditur. Sed, cum terrenum est, quod cupit, vel timet, diavolo præbet introitum: cùm autem, que sursum sunt, sapit, non que super terram; Deus excipitur, & tentator excluditur. S. Prosper AQUIT. in Pl. 141.

§. I I.

Affectus ordinati.

Affectus non muta, sed subiecta.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, & aliis.

Summe arma tua &c. Gen. 17. 3. Ut Isaac suum Esau benedictione redderet dignum; non illi præcepit, uxores ejicere, jejuna, domi residere; sed monuit, ut arcu usus patinam sibi venatione pararet. Nimirum non gule studiosus senex, sed filii genio indulgens; id solum curavit, ut arcum faciliat; & voluptatis instrumenta in obedientie tributa converteret. Imperavit, quod aliàs acturus erat; et ut foret pietas in parentem, quod alioquin fuisset dispensum otiantis. Oliva l. 12. Strom. §. ctmam dirigitur via mea &c.

Eduam de terra illa in terram, que sicut lacte, & melle. Ex. 3. 8. Cùm sciret Deus, Hebræos edendi avidos esse, & Ægyptiis ollis delectari: promisit eis terram melle, & lacte, manentem. Cùm ad sacrificandum idolis propensos videret, sacrificare non prohibuit; sed sibi sacrificari iussit. Spem in hominibus collocatam habes? muta, & in Deo colloca; Humanis rebus gaudebis? gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælis. Luc. 10. 20. Tristes estis ob damna temporalia? mutate hanc tristitiam: que enim secundum Deum tristitia est, penitentiam in salutem stabilem operatur. 2. Cor. 7. 10. Hoc artificiosus est. Dominus Mat. 4. 19. Non enim dixit, venite post me; faciam vos principes terræ; nè officii novitate obstupescerent; sed, faciam piscatores hominum. Diez in festo S. Andree conc. 3. Sicut tenetque aquas descendentes in loco mo. Jos. 3. 16. Si fluxit, ut Jordanis, antea deorsum muta cursum, & sursum feraris. Sylveira in Luc. 23. q. 11.

Et in Jordanis, quia conversus est retrosum. Pl. 113. 5. Cursum aquæ non perdidit, sed mutaverunt, quando retro stantes sese attollebant. Baeca tr. 2. l. 5. §. 13. Ama, quod prius contemnebas; contemne, quod prius amabas; & securus sis, quia conversus est Jordanis. Dilige Deum, despicie Mundum; & vere fa- tebor, quia Jordanis conversus est retrosum. Qualis, quæro ista est conversio Jordanis? quàm mirabilis! quàm laudabilis! quàm amabilis! Totum impetum amoris, totam inundationem dilectionis, totam affluentiam delectationis, magna cum festinatione currere, non deorsum, sed sursum; querere que sursum sunt, non que super terram. Richardus à S. Victore tr. de ex- terminatione mali &c. c. 4.

Utinam dirigantur via mea &c. Psalm. 118. 5. Cur non pedes sed vias, dirigi precatur? Quia sciebat, Deum hominum vias transferre in semitam mandatorum; quo suavius eos ad mandata pelliciat. Sic Apostolos noluit Jesus piscationem deserere: sed laxare retia in captivam hominum. Matth. 4. 19. Oliva lib. 12. Strom. hic.

Biibite, & inebriamini. Cant. 5. 1. dicit Christus Discipulis. Siquidem jam hoc ipsum, quod non habetis tristitiam, sive dolorem, sæculi: quod contemnitis gaudium Mundi; quod timorem hominis non metitis; quod non in homine speratis; que velle- delictet quatuor passionibus aquæ mortuæ sunt: Sed solummodo secundum Deum contristamini; solummodo in spiritu S. gaudetis solum Deum timetis, & in solo Deo speratis. Jam, inquam, hoc ipsum est, prægustare factum ex aqua vinum, & ebrietas initi- um. Veniet autem satietas, perfrictur ebrietas; inebriabuntur ab uberrime. S. Rupertus hic.

Post hoc ambulabunt Justus in Galileam. Joan. 7. 1. Migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cor-

cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas; non ibi es, ubi eras. V. Beda hic. Qui gloriatur, in Domino gloriatur. 1. Cor. 1. 31. Consideravit Apollolus, rationalem creaturam adeo affectare gloriam; ut aut vix, aut numquam, ab hoc desiderio compesci possit. Propterea, secundum datam sibi a Deo sapientiam, saluberrimum adinventit consilium, dicens: quandoquidem persuaderi a nobis non potest, non gloriarī, saltem, qui gloriatur, in Domino gloriatur. S. Bernardus de triplici gloria. Sicut a gro potum petenti, non omnis, sed noxius solum negatur; salubris verò conceditur. Didac. Niss. fer. 3. Dom. 5. Quadr. §. 4. Purga amorem tuum: aquam, fluentem in cloacam, converte ad hortum. Quales impetus habebas ad Mundum, tales habebas ad artificem Mundi. S. August. Præfat. in Pl. 31.

Exempla, & testimonia.

Ex Veteri, & Novo.

Convertimini ad me in toto corde vestro. Joel. 2. 12. Attende solum, quid diligas, quid metuas, unde gaudeas, aut contristeris. Totum enim hominis cor in his quatuor affectionibus est; & de his accipiendo puto, quod dicitur, in toto corde. Converterat proinde amor tuus; ut nihil omnino diligas, nisi ipsum, aut certe propter ipsum. Converterat etiam ad ipsum timor tuus: quia perversus esse timor omnis, quo metuis aliquid præter eum, aut non propter eum. Sic & gaudium tuum, & tristitia, æque convertatur ad ipsum. S. Bernardus serm. 2. in cap. jejuniis.

Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. Cur Dominus vocat suos Apostolos sub metaphora piscatorum? Captatores piscium sunt hominum piscatores; de labore transeunt ad laborem: quia labor nescit lassescere meditatus. Omnia, quæ de se veniunt, non fatigant virtus exercitio perseverat. Hinc est, quod Apollolus suos Christus humanis laboribus exercere voluit; ut eos indefectos redderet in divinis. Voluit Deus eis manere fortitudinem, de exercitio præstare virtutem; & quia fructus provenit ex labore; voluit eos labores non perdere, sed mutare. S. Chrysololus serm. 28. Immutat intentionis negotium, non piscationis officium. S. Paschasius l. 3. in Mattheum. Non exigitur ab eis novum opus; sed ut etiam in piscatione se exerceret; & ut labore, quem pro hominum famulatu tenui lucro sustinebant, pro Dei obsequio potent. O quantum sepe erit virtutis, & meritorum, incrementum; si laborum mutetur scopus; ut arumtas, quas pro Mundi vanitate patitur, pro Dei gloria toleremus. Sylveira in Mattheum. 4. Quia illi vocati ab arte captatores piscium, mutantur & sunt piscatores hominum; non dubium, quin & Paulus, quia & ipse per Dominum nostrum Jesum Christum vocatus Apollolus est, simili artis suæ transformatione mutatus sit; & a faciendis tabernaculis terrenis, ad cælestia tabernacula construenda translatus sit. Origenes homil. 17. in Num. 23.

Beati patres spiritum suum in se ipsum esse regnum colorum Matth. 5. 61. Non erat nomen aptius pro caelo, quam regni? Respondet Gregor. Nisi quoniam magnum quiddam, & supra omnia propendens, quæ magni faciunt inter se homines, regni nomen in vita est; idcirco usus est etiam eo, ad supernorum bonorum declarationem. Quasi diceret: porit alia appellatione cælestem paradisi denotare. Sed ut prudens Ecclesiastes ad ingenium Auditorum se accommodare; & sagax piscator; suavi cibo regere hamum, & incautum allecare piscem solet: ita Dominus Magister, ut homines attraheret dulcem, & expectatissimam imperandi eam homo prædicationis circumposuit; beatamque illam patriam vocavit regnum; ut avidis auribus, quæ dicebantur, hauserent. Did. Niss. Polit. cœl. p. 1. l. 5. c. 1.

Si luceat in vobis opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Matth. 5. 16. Quia noverat Dominus, amabile bonum esse, quod unicuique proprium; ideo suavitè disponens præceptum appetitus gloriæ, non trahit Discipulos ad appetitum alienæ gloriæ; sed temperat appetitum gloriæ propriæ: eam transferendo in gloriam propriam. Propterea enim non dixit: & glorificent Deum omnino a nobis diversum; sed glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est. Patris siquidem proprii honor, & gloria, naturaliter quaritur a filiis: Cajetanus hic.

Ibi caritate vobis, &c. Matth. 6. 20. id est, omnes homines ad recordandas divitiæ adeo proclives video, ut thesauros congerere non prohibeam, sed eos in corde asseruari consulam: mutare locum; non animum exiit. Pina in Eccl. 1. Ethol. 3.

Sequitur me. Matth. 9. 9. Aptè per imaginem quamdam à publico ad magis publicum transivit officium; cum vocaretur à Christo Rego regum; & Domino dominantium: qui non unius civitatis, aut provincie; sed totius Mundi rempublicam reparaturus advenerat. Sicut enim piscatores hominum fecit arte non obliata, sed in meliora mutata; sic Mattheum fecit deserere teioniam factionem, agente pro terrena republica, ut ageret pro aeterna. Sim. Cass. l. 9. cap. 17. Sic Mattheum calamo va-

cantem, & ratiocinia scribentem, vocat; ut creet Evangelium: argumentum mutat, non genium. Alvarez Joseph. illustr. Illustr. 268.

Regnum colorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Matth. 11. 12. Cur, qui vetat rapinas, in negotio, regni cœlestis rapinæ, & violentiæ, meminit? S. Paulinus ep. de gazophilacio: d' abundantia bonitatis Dei: nè trepidet, nè cuncteris, nè parcas. Esto violentus Deo, rape regna colorum. Qui vetat aliena contingi, sua gaudet invadi: & qui dampnat avaritiæ rapacitatem, laudat fidei rapinam. Delectatur Deus; si quæ aliquando pro terrenis fecimus, pro cœlestibus exhibeamus; ut affectus mali in bonos mutentur. Sylveira hic. Qui rapit extorques aliena, rapito ubi proponitur corona. Nè rapit terram, sed cœlum. Quid rapinas exeres in pauperem, ut te criminetur? rapito Christum, hoc rapinæ genus approbentem S. Chrysolomus in Eutropium apud Pina in Eccl. Ethol. 3.

Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis; jugum enim meum suave, & onus meum leve. Matth. 11. 28. 30. Laborantes ad refectorem invitati, ad requiem provocati onerati: non tamen interim onus subtrahit, aut laborem; magis, autem onere alio aut alio labore, commutat. S. Bernardus in Pl. qui habitat.

Conventioe fultu. Matth. 20. 2. Cur aeterna beatus denario comparat? Respondeo: adeo aurī cupiditas hominum animos ad ferapit, ut denarii lenocinio summa beatus fuerit significanda, quæ ardentius illam homines moverent. Non vult in nobis Christus affectum mutare, sed illum obiecta. Sylveira hic q. 6.

Dilectum malum. Luc. 7. 47. Magdalene via amor erat. Non illam proficere amorem julit, sed fidei illi sanctè amandum proposuit. Abrahamum Chaldaeum, & Magos, non prohibuit patrio ritu rimari stellæ: sed in his docuit Deum invenire. Non deferenda via sunt; sed cor, animique propofitum immutandum, ut deveniant ad Christum. Oliva l. 12. Strom. §. utinam dirigantur via mea.

Facite vobis fasculos, &c. Luc. 12. 33. Christus! quò te pertrahit amor tuorum? ut avarum lucrificas, facies eum, quod desiderat, non quod oportet, audire: fasculos imperas. Et ternos faucos, qui non deficiunt, vis parari; ut avarum, dum confecta percurrit ad lucra, aut virtutem capiat, aut à virtute capiat. S. Chrysololus serm. 25. Quia diviti loquebatur Christus, dicebat: habiturus es thesaurum in cœlo. Matth. 19. 11. divitiarum enim amator erat: Theophylactus in Mattheum 19.

Domine timentis mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Postquam prope salutem fuit, animadversum acutus, & ingeniosus, fur thesaurum; & nactus occasione, vitam rapuit; arte furandi pulchre, & folerter, abusus. S. Greg. Niss. orat. de SS. 40. MM. Non ad ignora transit officia; malum in bonum vertit. Sylveira hic, q. 11. Vidisti quomodo nec in cruce artis suæ obliviscitur; sed per ipsam confessionem prodatur regnum. S. Chrysolomus hom. in Crucem.

Domine, quid me vis facere? Act. 9. 6. Tria Saul fecerat, quæ omnia Paulus in optima mutavit. Catenas ad vincendos Discipulos protulit; Ecclesiam filius orbavit: JESUM inmani odio profecutus est. Vide, quomodo, qui vinxerat, clamat: ego vimus in Domino. Ephel. 4. 1. Qui, odio astuatur, clamat: qui nos separabit à caritate Christi? Rom. 8. 35. Qui Ecclesiam orbavit Discipulis, totum orbem obit, ut filios pariat Ecclesie. Oliva l. 4. Strom. hic.

Gaudete in Domino semper. Philipp. 4. 4. Non vult Deus, ut vivas tristis, sed hilaris; solum petit, ut mutes causam lætitiæ. Frustris spiritus est charitas, & gaudium! Galat. 5. 22. Dixit primò charitas; quia super illa fundatum est verum gaudium. Stella de contempt. van. Mundi p. 1. c. 57.

Ex Patribus, & aliis.

Vera ratio persuadendi est, cum id poscitur, ut impetremus à vobis, quod concupiscitis: hoc; quod exigitur amatis, insinuamus, ut ametis æternum. S. Eucherius ep. parient.

Amantes vitam hortatur ad vitam. Vera ratio est persuadendi; cum id poscimus, ut impetremus à vobis, quod concupiscitis. Pro vita, quam diligitis, legatione apud vos fungimur; & hanc, quam omnes exigunt amatis insinuamus, ut ametis æternam. S. Eucherius ep. parient. ad Valerianum.

Omnis homo cupit, quod bonum est: & affectu quodam naturali constinguntur ad omne, quod bonum putamus. Et quid habetur tam bonum; quam Deus? S. Bassius Regula de insit. Monach. c. 2. Quomodo excidemus mali desiderii appetitum desiderio meliore. Idem ibidem c. 6.

Surge anima mea; curre, & festina intrare ad tales nuptias. Verba, & commuta, desideria tua. Formosam delectabiliter aspiciere solebas meretricem; aspice nunc Fidei genitricem. Aurum placebat; nunc verum placeat: argentum quærebas; nunc Dei unigenitum quæras: favore humano delectabar; nunc spiritu divino refoveris: pone carnis, & sume mentis delectationes. Petrus Cellensis lib. de panib. cap. 7.

Quis fructus est? quæ utilitas? ea indefinenter cupere; quæ, etiam

etiam si non deferant, deferenda sunt. Amor rerum deficientium ad incorruptibilia transferatur: & ad sublimia vocatus animus cœlestibus delectetur. S. Leo serm. 5. in Natal. Dom.

Cum nihil sit aliud virtus, quàm affectio ordinata, & moderata; ex intentione bona agitur, ut sit affectio ordinata, & per discretionem efficitur, ut fiat moderata. Richardus à S. Viêt. p. 1. l. 3. c. 23.

Quam admiranda, quam amplectenda, illius gratia; per quam ita operatur in nobis omnia opera nostra, ut sint tam sua, quàm nostra: dona sua, & merita nostra. Superius jam assignavimus, quam sint multiplices humani cordis affectus. Hos itaque ille Domini spiritus quotidie in electis suis paulatim temperat, & in unam harmoniam conformat, & gratia suæ plectro, quasi citharæ doctissimus, hos extendendo, illos relaxando; ad concordem quendam consonantiam coartat: donec reboet ex his in auribus Domini Sabaoth melodia quadam melliflua, & supra modum dulcis, tamquam citharæ dorum multorum citharizationem in citharis suis. Idem ibidem c. 24. Turbetur plangens animus Christianus, non miseria fidei misericordia. Timeat, nè pereant homines Christo, contristerit, cum perit aliqui Christo latetur, cum acquirunt homines Christo; timeat & sibi, nè perat Christum. Iste autem quatuor, quas perturbationes vocat, timor, & tristitia; amor, & lætitia; habent eas justis de causis animi Christiani. V. Beda in Joan. 13.

Sicut Deus, prima Veritas, est obiectum intellectus, & finis, & ideo quietus ejus; sic Deus, summum bonum, est obiectum, & finis affectus, & quietus. S. Thom. Aq. opusc. 16. c. 26.

Indignum omnino est, & absurdum; ut pranobilis anima, deputata sponsi cœlestis amplexibus, obliata suæ orientis; & illius, cujus imago est; ad mechanicos rapiatur affectus, Petrus Bles. ep. 138.

S. I. I.

Affectus excecant judicium.

Figura, & Symbola.

Sic ut visus est oculis in eorum mentem. Job 3. 7. id est, intellectus affectum. Ramirez in ep. 6. Affectus omnis, seu perturbatio, quæ mentem vexat, ac de statu dimovet rationis; jure poterit ebrietas appellari. S. Basil. Cæsar. serm. 1. de jejuniis.

Nihil aliud est ebrietas, quàm animi de nativa sanitate deturbatio, mentis penuria, vacuus intellectus: ista vero non ebrietas tantum ex vis; verum etiam ebrietas exira, & cupiditate, à ratione aliena. S. Chrysolomus tom. 6. orat. contra ebrietatem.

Duo sanè sunt, quæ in judicio faciunt cordis oculum caligare; ira, & cupiditas. Petrus Bles. c. 4.

Sicut ventriculo bile impleto non profunt lac, mel, perdices, aurum potabile, aliquantulationes, gemæ prætiose etiam naufragantibus: ita animus male affectus, probitas, scientia, studium, conceptam iram non extinguunt. Oliva t. 2. conc. 29. die 4. Ven. Quadr.

Sicut ex magno incendio niger exhalatur fumus, quò oculi caligant, nec minus fum rite possent exereceris sic ex cupiditate incendio adeo obcecurat ratio; ut pericula non advertat. Naxera in Josue 16. §. 3. Dicit Philosophus, quod sensus habens sensu aliud sensibile, debet esse ab illo penitus demudatus. Hinc pupilla est sine colore, ut de coloribus possit judicare: per viridia ocularia viridia videbis omnia. De Rampellogis fig. Bibl.

Exempla ex Veteri.

Pulchrum oculis. Gen. 3. 6. Omnium errantium prima radix, & principalis origo, fuit, & est, inordinata affectio, vel voluntatis depravatio. Eva id circo erravit: quia curiosè concupivit fructum pulchrum visu, & ad vescendum suavitè; ita ut & consequenter delapsa fit in hume errorum; ut crederet fieri sicut Deus &c. ut etiam revocaret in dubium divinam sententiam; quam absolute tenebatur credere: nè forte, inquit, moriamur. Gerson de causis errantium. Sed quæ tanta ista in poma, in ficu, pulchritudo tam admirabilis poma inesse credida est. Fernandus hic sect. 12.

Scio, quòd certissimè regnaturus sis. 1. Reg. 24. 21. Nihilominus quærebatur eum occidere: quia suadere sibi non poterat, quòd esset regnaturus; eò quòd volebat, ut regnaret. D. Didac. Stella in Luc. 18.

Oculi tui retia videant. Prov. 4. 25. Errat oculus, ubi errat affectus. S. Ambrosius lib. de bono mortis c. 9.

Delectationem, & odium, non est homo qui sentit. Eccl. 9. 1. Qui adhuc sapit, quæ hominis sunt; neque planè Deo se tradidit, nescit discrete judicio, quæ dilectione sunt digna, quæ odio. Ardua enim virtus, atque difficile, amore est digna; odit autem prosequenda voluptas, quæ de sensibilibus provenit. Homo autem, qui perversè aberrat in intellectu rerum, facile sibi omnia, quæ vana sunt, ante oculos, ut bona, proponit: deque iis judicat, non ut veritas habet, sed ut voluptas subdola subministrat. Olympiodorus hic.

Perdidisti in decore tuo sapientiam. Ezech. 28. 17. Quis ille tam noxius, tamque perniciosus, decor? tuus. Planities audi: privatus, proprius. Denique, si advertisti, non in decore, sed in suo decore, dictus est ille perdidisse sapientiam. S. Bernardus serm. 74. in Cant.

Non quid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum? Michæ 3. 1.

Ex Novo, & Patribus.

Audient Herodes rex turbatus est. Matth. 2. 3. Herodes, cum audisset, Christum natum esse, ex Prophetarum, & Magorum, sententia; & esse regnaturum; quæ veritas nulla humana vi violari poterat: obcecuratus tamen libidine non credidit. Credidit quidem esse natum, non tamen regnaturum. Did. Stella in Luc. 18. 29.

Pharisæi autem dicebant. Matth. 9. 34. Ex invidia, rationis iudicium obtenebrante. Amor enim privatus, & odium, pervertunt judicium; juxta illud Propheta: non quid vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum. Michæ 3. 1. 2. Dionys. Carthus. hic.

Caro, & sanguis, non revelavit tibi. Matt. 16. 17. Caveat proprium cerebrum, qui veritatem cupit attingere. Verissimum Petri dogma probat Christus ex eo primario, quòd non in illo carni, & sanguini, acquirere potest, quæ veri affectibus ductus non fuerit. Bæza t. 3. l. 14. §. 13.

Volo, ut des. Marc. 6. 25. Non dat rationem. Vide impudentiam puellæ: vides à diabolo ipsam, penitus detineri; nec causam ullam petitionis affert; quippe nulla excogitari poterat: sed absque ratione aliorum calamitatis honorari contendit. S. Chrysolol. hom. 4. in Mattheum. De barbaro Nabucodonosore Dan. 5. 19. quos volebat, inspectis. Et Judæi Matth. 12. 38. Magister, volumus à te signum videre. Sic multi cæco affectu non ratione, ducuntur. Sylveira hic.

Er ipsi nihil horum intellexerunt. Luc. 18. 34. Verbum hoc iis quasi obvelabat amor in Christum Dominum: cuius vitam cum summè cuperent, & ei tenerrimo affectu inhærerent: non poterant sibi ejus mortem persuadere, aut ad eam serid cogitationem advertere. Affectus nostri; præsertim amoris, vel odii, frequenter nos obnubilant, & claras alioquin veritates abscondunt. &c. Marchantius Dom. Quinqu.

Sicut audio, sic judico. Joan. 5. 30. Non sicut odi, non sicut amo, non sicut timeo. Est iudicium odii; ut illud Joan. 19. 7. nos legem habemus; & secundum legem debet mori. Est & timoris; ut illud Joan. 11. 48. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & solent vestrum leonem, & gentem. Iudicium vero amoris; ut David de filio patricida. Parvia puero Abilun, 2. Reg. 18. 5. S. Bernardus tr. degrad. hum. & superbi. Iudicium meum iustum est; quia non quero voluntatem meam. Quicumque querit facere voluntatem propriam, facile errat in judicio. Voluntas autem divina lex est omnis iudicis; & propterea, quæ conformat voluntati divinæ, non errat in iudicando. Cajetanus in Joan. c. 5.

Consilium fecerunt. Joan. 11. Unde consilia mala? malus merus, malaque spes, constituunt consilia mala. Metuit quis avarus perdere thesaurum; metuit direptionem eorum; quæ tenebat; fecit consilium malum; ut daret sibi suscepto ante mortem, quam pateretur direptionem. Metuit ambitiosus, gloriæ avidus, constitutus in auctoritate; nè à potentiori superetur, nè redigatur ad ima: invit consilium dandi mortem in eum, quem suspicatus est, posse fieri superiorem. Sim. Cass. l. 1. c. 45.

Scimus, quia vehementer claudit oculos cordis privatus amor. S. Gregor. hom. 4. in Ezech. Ubi regnat affectio, perit omne iudicium. Tanta enim odii perversitas in quibusdam mentibus regnat contra proximi sui bonum; ut illud abominentur tanquam horridum malum; quòd quidem omnino fieri non potest, mixta summa perversitate malitiæ; per quam talis homo perversit suum proprium sensum: ut merito dignus fiat illa maledictione divina, de qua Il. 5. 20. Va, qui dicitur malum bonum. S. Bernardus sen. t. 1. ferm. 23.

Tria sunt, quæ oculum intelligentiæ confundunt, atque à contemplatione veri luminis excludunt: tenebre scilicet peccatorum, recordatio eorumdem; & cura terrenorum affectuum. S. Bernardus serm. 5. de assumpt. B. V.

Illum, quem ovīs, judicare non potes: quia oculus odientis obductus tenebra odii, tenebrosa reputat opera exotis. S. Bonaventura serm. 2. in hexam.

Varia de Affectibus.

Locis corpora continentur; animo autem locus est affectio sua. S. Aug. in Pl. 6.

Disciplina Christiana non tam queritur, utrum quis irascatur? nec utrum sit tristis? sed unde sit tristis? Idem l. 9. de civ. Dei c. 5.

Arbitror, omnem motum animi aliquid facere in corpore: id autem

autem usque ad nostros exire sensus tam hebetes, tamque tardos; cum sint majores animi motus; velut cum irascimur; aut tristes, aut gaudentes, sumus. Idem ep. 135.

Affectui nec leges imperant, nec principes dominantur. Liber est, & maxime, si spiritu ducitur: quia; ubi spiritus Domini, ibi libertas. S. Bernardus ep. 184.

Penè, quot sunt diversitates rerum, tot sunt varietates affectionum, Richardus à S. Vict. de arca myst. c. 22.

TITULUS VIII.
AGONIA CHRISTI.

Vide hic, o fidelis anima! & inspicce hunc strenuum David 1. Reg. 17. Deum, ac Dominum tuum: quam ardeat, quam vehementer desideret inire certamen, & ponere animam suam pro populo suo. Ludovicus Blossius p. 3. margar. spir. c. 2.

Amortuus, & iniquitas nostra, sic te imbecillum fecerunt. Maledicta sit tanta iniquitas, pro qua sic affligeris. S. Bonaventura med. vitæ Chr. c. 76.

Cum sic orat anxiatu Dominus JESUS; ecce angelus Domini, princeps militiæ celestis exercitus, Michael scilicet, adfuit confortans eum. Idem ibidem c. 75.

O quam mirandum certamen! o quanta pugna in mediatore Christo carnem, aspicere, repugnare spiritui; & spiritum carni: tamquam si quis decubaret infirmus; & pro restauranda valetudine poculum amarissimum porrigeretur a medico; duplixi desiderio traheretur; evitandæ videlicet potionis, & consequendæ sanitatis. Passionis potest: ex sui magnitudine intolerabilis videbatur; sed & amoris vehementia, atque satisfaciendi ardor, ad subeundum crucis patibulum, supra modum urgebat. S. Laurentius Just. de triumph. Chr. age. c. 6.

Erat ista agonia, reluctatio sensualitatis mortem horrentis, & rationis mortem acceptantis: quia virtute divina qualibet pars permittebatur agere, & pati, quod erat sibi proprium. Tyrannus in Luc. 22. Meo iudicio; fuit illa agonia conatus vehemens, & contentio amoris perfecti voluntatis superioris ad expellendum timorem, vel pavorem. Passiois: qui pavor permissus erat ad tempus sacrum Christi cor affligere. Unde non fuerit repugnantia sensualitatis contra spiritum; sed expulso pavoris per charitatem ad patiendum hilariter. Doustreman de amore l. 2. c. 3. sect. 6.

TITULUS IX.
AMBITIO.

§. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Abiit autem Abimelech etc. Judic. 9. 1. Per Abimelech significatur ambitiosus; qui dignitates appetunt & honores; & tales proprie assimilantur diabolo, qui in celo petit dominatum. Hugo Card. hic.

Invenit ligna sylvæ etc. Judic. 9. 14. Rhamnus arbor infructuosa, & spinosa, suscipit imperium; quæ nec propriam, nec subjectorum lignorum pinguedinem habet: neque enim paradisi, sed sylvæ, ligna rectoris indignere dixit similitudo. S. Nilus lib. sylvet.

Dominandi ambitio est Amodaus. Tob. 3. S. Thom. aqu. Dom. 2. Quadri.

Misit Dominus in medio eius spiritum vertiginis: & errare fecerunt Egyptum, in omni opere suo: sicut errat obrus. Il. 19. 14. Quid est spiritus vertiginis, nisi ambitio dignitatis; quæ errare facit totam Egyptum, id est, totum Mundum, ad modum obrui. Hugo Card. in Luc.

Ecco Rex tuus venit tibi manuetus, sedens super asinum. Matth. 21. 5. Propterea sedit Dominus hodie super asinum subjugalem, afflictam, & inhonoratam: ut aperte influaret; quod magnificentia mundi asina est: subjugalis, propter vilissimam servitutem: quia quod super plures ambitiosus fatagit dominari; eò necesse habet pluribus subjugari. Est afflictus, propter angustias maxime cordiales, quas, velit, nolit necesse est ei pati. S. Bernardus sen. t. 1. ferm. 5. art. 1.

Transiit per Galilæam. Luc. 17. 11. Interpretatur Galilæa rota. Rota est dignitatum ambitio; quæ, quando magis elevata a posteriori, tanto magis deenergitur in parte anteriori. Hugo Card. hic. Ambitionis falgus bibulam animam occupat, ut per fias, & nefas, ad loca superiora, etiam de latebris eremi, nonnulli ingerant; & modis omnibus elaborant, ut cedant cum Principibus. S. Cyp. in Præfat. libri de Card. operib. Chr.

Lapis in aquas injectus diffuso flagno ingentes circulos facit. Interea in puncto ad ima delabitur; & finis ultimus est jacuisse.

Talis humana ambitio. Quantis cogitationum fluctibus semper vaga, & in orbem acta, vertigine circumfertur. Sed quanto latius gyros ducit, tanto subditius citius: & in puncto omnia, & nihil, est, Incerto autore.

§. II.

Ambitionum Exempla.

Eratis sicut Di. Gen. 3. 5. Est ambitio serpentis amula paradisi. Ille quidem promittebat, eratis sicut Di, sed adeo Adams sese diaboli voluntati accommodavit; ut divinæ voluntatis præscriptum violare non timeret. Aufonius. Ambitio, & studium placendi Regi multos perdit. Escobar. Perfec. Chr. t. 2. l. 7. sect. 2. Observat. 6.

Omnis multitudine, videns occubuisse Aaron, flevit super eo. Num. 20. 28. 30. Filii eius Eleazari fletum non lego: quia in mortui patris locum succedebat; & novæ dignitatis gaudia oculos succurrunt. Naxera in Jos. 2. §. 39.

Veritas ameo Extolam non abfoluit. deperique regum Israel legitur 3. Reg. 15. 14. 4. Reg. 123. 2. Paral. 20. 33. Fere omnibus convenit illa exceptio, quæ toties in libro Regum repetitur. Sed nec multi Religioi auferunt hæc Excella. Hugo Card. apud Did. Niff. Polit. cœl. p. 1. l. 5. c. 1.

Postumus. Matth. 20. 22. Euthymius: omnia promittunt petitionem consequi cupientes. Did. Niffenus Polit. cœl. p. 1. l. 5. c. 2. ambitio excoccat. Penè divinus amor imbecillior ambitione est factus. Nam quod ille audit, hæc non refugit; idemque poculum haurit. Discipulorum superbia, & verbi charitas. Ambitio nullum timet dolorem, nullum subterfugit discrimen, non vincula, non vulnera, non ipsam metuit mortem; dammodo optata sede potitur. Et quidem non calicem quemvis jectis proponit epotandum; sed calicem, quem ego, inquit, bibiturus sum. Itane? tantum audetis? non propono vobis calicem humanis viribus parem, sed meis impari conatibus. Imperterriti respondunt: postumus. Poteritis vos, quod poterit Christus? quid si quadraginta dies jejunandum in deserto? postumus etc. Oliva t. 2. Strom. hic.

Potesit bibere calicem? Marci 10. 38. id est, pati, & mori? Respondent: postumus. Quid non mali, & periculi, subeunt ambitionis! Theophrastus: in Matth. 20. Spectantes ad id, quod cupiunt, omnia faciliè pollicentur. Quantis malis exercetur libido! Velloso in Judith 7. Paræ. 6.

Prælatus, cui proprium viridem gestare galerum, inihiabat purpure: quam ut obtineret, gratiam nepotis Pontificii munere captare studuit; mittens eum disco argenteo immatura, atque omnino viridia, cerasa, hoc lemma margini inscripto: Te sole rubescere gaudent. Responsum accepit: cerasa sua nimis magna in umbra esse, & a multis majoribus obumbrata. Incerto Auth.

§. III.

Ambitionem fugiendi varia motiva.

Ex Veteri, Novo, Patribus, & aliis.

Omibus dicitur, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilius eris, neque regnum tuum. 1. Reg. 20. 31. Saul, ut filium Jonatham, studiosum servandam Davidem, faciat mortem ejus cupere, lucra de Davidis morte ei obventura referet: omnibus dicitur etc. q. d. Davide mortuo, te purpura, & diadema, exornabunt: his ergo lucris incitatus ejus vita prospicere non debes; immò potius de eade letari. Lyræ. ex hoc patet perfectio Jonathæ, qui propter hoc non traheretur a Davidis charitate. Naxera Jos. 2. §. 39.

In valem consensum etc. Il. 14. 13. Sed nullus fuit locus tot loca ambienti. Neque locus inventus est eorum amplius in celo. Apoc. 12. 7. 8. Non potest in parte sedere cœli, cum ille totum elegerit sibi S. Bernardus de gradib. humilitatis. Omnia sibi impudenter appetens omnia dignè amisit. Naxera in Jos. 1. §. 40.

Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraveris me. Matth. 4. 9. Ut in spes dignitatis erigat, indeco ra docet obsequia, & inhoneste adorationis servitia. Nam sic, ad Mundi gloriam solum tendi per ignominiam. Idem in Jos. 1. §. 14.

Efficaciani sicut Parvuli. Matth. 18. 3. Quinam fiat, ut pueri efficiamur? qua solertia naturam denuo revocare conabimur? Vultis effici pueri? puerorum mores imitami. Illis nullus de dignitate clamor, primas non ambiunt, hæc agritudine non laborant; non parentum nobilitatem norunt, non longa serie productis majorum titulis inflantur. Dominum, ac famulos, una pariter in omnibus conversantes videbis. Adhuc nature numerosa adulterioris notis impetuosum manet. Cœlorum regnum gloriæ antem Candidatum respuit; ambitiosa repellit: humilitatis merces est, non stabulum ambitionis. S. Bassilius Seleuc. hic.

Venit libido, & dicit meus est: venit avaritia, & dicit; argentum, & aurum, quod habes, servituti meæ pretium est: venit luxuria, & dicit; meus est: venit ambitio, & dicit; plane meus es. S. Ambrosius in Psalm. 118. 10. 11. Cum cetera vitia dicant finit.

simpliciter, meus est; sola ex omnibus Ambitio fidentius loquitur, & audacter affirmat, plane meus es. Manifesto, & indubitato jure ad me spectas; nemo aequè, ac ego, te sibi arrogare potest. Did. Niff. Polit. Cœl. p. 1. l. 5. c. 1.

Ambitio, ut dominetur aliis, prius servit curvatur obsequio, ut honore donetur; & dum vult esse sublimior, fit remissor. S. Ambrosius in Luc. 4.

Numerari culpa nequeunt, quæ habendæ potestatis amore perpetrantur. S. Greg. mor. l. 24. c. ultimo. Mala omnia in Ecclesiam Dei ambitio inducit, tamquam eorum radix. S. Leo ser. 4. de Nat. Dom. Excella periculosus flant: & citius corrumpunt, quæ sublimia sunt. S. Hieron. in Dan. 3.

Deus se hominibus subdit; & tu dominari gestiens hominibus, tuo te præponis Auctori? S. Bernardus hom. 1. sup. Missus.

homo natus ad laborem, non ad honorem. S. Bernardus l. 1. de Confid. ad Eugenium.

Magnum quid est, docere; verum discere, periculo caret. Cur te Pastorem facis, cum sis ovis? cur caput vis fieri, cum pes sis? cur imperatori fungi munere conaris, cum sis in ordine militum? S. Gregor. Naz. orat. 7.

Qui tunc a Judæis casus est, nuncietur falorum Christianorum blasphemiis eaditur: colaphis verò caditur ab his, qui ei honores suos præferunt. V. Beda l. 4. in Matth. 26.

Quid est tempestas culminis, nisi tempestas mentis? S. Greg. 1. p. part. c. 9.

Blandum nomen honos, mala servituti. S. Paulinus ep. ad Romanianum.

Cogitet, qui honorem affectat, tempestatem se affectare, Philo lib. de Joseph.

Cupienti animo nihil gravæ ambitio difficile; ideoque ambitio est quædam summa charitatis. Charitas enim patiens est pro æterni; ambitio omnia patitur pro caducis: charitas benigna est pauperibus; ambitio divitibus: utraque omnia credit, omnia sperat; sed longè dissimili modo: hæc ad gloriam hujus vitæ; illa ad gloriam uite sine. Petrus Blef. ep. 14. ad Sacellanos aulicos regis Anglorum.

Vide, Dignitates, Honores.

TITULUS X.

AMICITIA, SIVE AMICI.

§. I.

In genere.

Speculum est imago amicitia: sicut enim imago in speculo apparet, per omnia se accommodat objecto. v. g. si inuens speculum rideat, moveat caput, &c. illic imago speculipariter ridet &c. videtur: sic amicus amicus per omnia se accommodat; ut, quod ille vult, vel non vult, hic pariter velit, aut nolit. Eadem velle, & eadem nolle, ea demum firma amicitia est. S. Hieronym. ep. 8. ad Demetriadem. Cornelius in Eccl. 12. 10.

Tunc amicitia cognoscitur esse vera; si fit utriusque dilecti mutua familiaritate conjuncta; si secretorum omnium conscia; si ab eodem velle, & nolle, non dissona. S. Bonavent. ferm. 18. de S. Joan. In vera amicitia est cor unum, & anima una; sed in una, eademque anima voluntas est una, & a seipsa non dissona, non contraria, non diversa. Idem ibid. Conseruado inter se duos non sinit esse duos; sed unum ambos efficit. S. Chrysof. hom. 18. in 1. Cor. 6.

Hæc est amicitia: eum qui diligit; & eum; qui diligitur; non amplius esse duos divinos; sed unum esse hominem: quod quidem non ex alio fit, sed ex charitate. S. Chrysof. in 1. Cor. 6. hom. 13.

Duo animi se mutuò diligentes, duo sunt specula viva: & quod est in uno, resultat in altero; & quod in altero, resultat in uno; & iterum resultat resultat; si ad invicem apponantur. Simon Cass. lib. 16. institur. Chr. cap. 6. ad initium.

§. II.

Amicis omnia communia.

Veniat dilectus meus in hortum suum, Cant. 5. 1. Propterea in hortum suum vocatur sponsus a sponsa, ad suos fructus edendos: ut ostendat; nihil inter se habere disjunctum, nihil separatum, nihil dissonum; instat unius paris sanctissimi amicomum. Philo Carpath. hic.

Nihil mihi profuit, ultimos haussisse anhelitus, nihil flatus inspirasse in os mortenti: putabam enim, quod aut tuam mortem ipse susceperem; aut meam vitam in te ipse transunderem. Stringebam quidem brachia; sed jam perideram, quem tenebam; & extremum spiritum ore legebam, ut confortium mortis haurirem. Quid mihi unquam jucundum, quod non esset ex te profectum? quid unquam mihi sine te; aut tibi unquam sine me, voluptati fuit? Quis non tulus nobis; & propè vix ipse, somnium, communis? quæ discreta unquam voluntas? quod non commune vestigium? ferè te, cum gradum tollerem, vel tu me.

cum vel ego tecum; corpus videtur atollere. Quod si aliquando sine altero prodeundum fuit; insectum latius putares, affectum vultum cerereres, inestum animum judiceres; suspecta omnibus solitudo metum alicujus agritudinis afferebat. Ita novum videbatur omnibus, nos dividi. At verò, ubi ambobus prodeundum fuit, non plura in itinere vestigia, quam verba: nec necessus, quam sermo, crebrior; nec ambulandi cura, sed colloquendi gratia. Uterque enim nostrum ex alterius ore pendebat: non intento aspectu legere iter; sed mutuò sollicitos excipere sermones; haurire oculorum gratiam, spirare fraternæ imaginis voluptatem. S. Ambrosius in excessu fratris Satyri.

